IOANNES PERRELLVS Doctor medicus Lutetiæ, ad ANTONIVM MIZALDVM, *cœlorum & humanorum corporum conciliatorem, doctum atque ingenioſum.*

Debet homo (MIZALDE) tibi: debet quoq; cœlum:
Quòd cunctis aperis quidquid vtrunq; gerit.
Eſſe doces corpus cœlorum ſchema: probáſq;
Cœlos præclarum corporis eſſe typum.
O mirum artificem! quantum patet vndiq; cœlum,
Sola hominis claudis mole perexigua.
In nuce concluſam magni miratur Homeri
Iliadem, nugis Græcia nota *tuis*.
Miretur potiùs cœlos in corpore paruo,
Te ſolo & docto claudier artifice.
Quod quis tentauit veterum? quis, quæſo, Galenus?
Ptolmæus? ſummi ſint licet vſq; viri.
Hinc eris æternis celeber poſt funera luſtris:
Donec erunt homines, ſidera donec erunt.

Ἐκ πόνȣ τὸ κλεός.